



27

AA.

4

1653

4

D. O. M. A.  
COLLEGII INSTITUTIONVM  
DN. CHRISTIANI KREMBERGS  
J. U. D.

DISPUTATIO DUODECIMA  
DE

OBLIGATIONIBUS  
IN GENERE

*Quam*

Approbante Magnificâ & No-

bilissima Facultate Juridica in Illustri

Academia Wittebergensi

PRÆSIDE

DN. DAVIDE CICHORIO

Lusat. J. U. D. Fautore ac Præceptore suo

honoratissimo.

*placide eruditorum disquisitioni subicit*

CHRISTIANUS VALENTINUS *Sorge*

Gothâ Thuringus.

*Ad diem 15. Decemb:*

Horis & Loco consuetis.

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI Acad. Typogr.

ANNO M DC LIII.

de-  
nt,  
per  
ser-  
t, l.  
pen-  
ter.  
nd.  
cit  
da-  
id  
fius  
om-  
uia  
S.  
di-  
ad à  
on  
istit  
sta-  
en-  
ocu-  
do-  
cab.  
7. in  
T.









ADDITAMENTA.

- I. An in pretio emptionis licitum sit contrahentibus naturaliter se invicem circumscribere? Affirm.  
*L. in causa 16. §. 4. ff. de minorib. l. item si 22. §. 3 ff. locat.*
- II. An princeps contractus cum subditis in totos servare teneatur, ex iisq; efficaciter obligetur? Affirm.  
*Wesemb. in parat. ff. de constit. Princip.*
- III. An pollicitationes inter ebrios, sit tanta sit ebrietas, ut exilium mentis inducat, sint obligatoria? Neg.  
*Arum. exerc. 12. th. 8*
- IV. An mulier viro obarato scienter nubens, in concursu creditorum perdat privilegia? Neg.

Sonnet.

**S** O recht! mein Freund/ du bist dahin bemühet  
Wie du bey zeit in diesem Musen-hayn  
Dasselbe mögst begierig samlen ein/  
Wiewol mit Schweiß/ was auch im alter blühet;  
Du achtest nicht/ wie man auf heute siehet/  
Der selben tand/ die allen Künste streit  
Zu tadeln seind aufs euserste bereit;  
Denn deszen nutz dich dennoch zu sich ziehet.  
Wer niemals sich also zu reden wagt/  
Der ble. bet oft in seinem thun verzagt/  
Das blöde sein kan schwerlich sich verlieren;  
Dis und nochmehr das reizet deinen Geist/  
Drum dieser wunsch von Herz und Lippen fleust:  
Gott lasse dich dein Vaterland bezieren!

Seinen Herren Tisch-freunde zu dienstlichen Ehren verfertigte es

Johann Jacob Gihllein  
von Koburg.





**D**ie zeuge-Mutter hat den Menschen eingegeben/  
 Das Sie von Jugend an nach großen Würde streben/  
 Ist ja ein gut Gericht das außersonnene Gut/  
 Ja mehres lobes werth ein freier Helden muth.  
 Es müste ja ein Wild und Unmensch sein geboren/  
 Ja gar zur Slaverey von ATE außerköhren/  
 den nicht erregen solt ein tugend-voller Ruhm/  
 der nicht erküßen solt zu seinem Eigenthum/  
 die Unverweßlichkeit/ ist iemand der nicht liebet/  
 was FAMA reichet auß und obervöllig gibet  
 Nach nimmer-laffen fleiß/ der selbe stirbet nicht  
 der angezündet hat das hohe tugend-Licht.  
 Ein ewig-grünes Lob wird nur allein gegeben  
 den selben die geobt ein tugend-volles leben  
 die Hoheit folgt der Kunst diß ist der Musen lohn  
 den du erhalten kanst O thewrer Baldus Sohn  
 durch Welt-berühmte hand/ durch kunst geobte Zungen  
 durch PALLAS wachen fleiß wird aller Ruhm erzwingen/  
 das Menschen-hauß regiert/ was würde doch besich-  
 wen Ehre mit der Kunst solt gänzlich untergehn.  
 So lieblich ist der Ruhm/ das Ihr verobligiret  
 den Musen trew zu sein/ ja gänzlich contrahiret  
 mit THEMIS ihrer Schaar/ wie ihr gebt an den tag/  
 wie ihr gewillet seid/ was ewer Geist vermag.  
 Ihr/ ewig-trauter Freund/ thut recht/ das ihr erwerben  
 wolt ein solchen Ruhm/ der weiß von keinem sterben/  
 Fahrt weiter also fort/ so wird in kurzer zeit  
 Euch werden Ehren lohn/ den FAMA schon bereit  
 Seinen geehrten Freunde und liebwerten Tisch-  
 genossen schrieb dieses zu Ehren  
 pflich schuldig  
 Adamus V Vilhelmus Romanus  
 LL. Studiosus.





DN. CHRISTIANI Krembergs J. U. D.  
DISPUTATIO XII.

De  
**OBLIGATIONIBUS**  
IN GENERE

PRÆSIDE  
DAVIDE CICHORIO Lusato, J. U. D.

Respondente  
CHRISTIANO VALENTINO Sorgen  
Gotâ Thur.

I. Contractus est duorum plurimumve in idem  
consensus & conventio ad constituendam  
obligationem efficax.

*L. omnem 20. D. de judic. Theoph. ad tit. Inst. de obligat. Bronchorst. cent. 1. Miscell. adfert. 53. Hoc enim volunt verba in l. Laeco. 19. D. de verb. signif. ultro citroq; obligatio: non quod utrinq; contracta sit obligatio; sed hoc tantum, ut contractus sit obligatio, quæ ex duorum in idem tracta voluntate consistat, & ad utrumq; contrahentium referuntur, licet uterq; nexibus obligationis non obstringatur. Guibert. lib. 1. quest. 8 num. 15. Forner. & Gaddens ad d. l. 19. D. de Verb. Signif. n. 17. Arum. c. 2. c. 12. l. hes. 1.*

II. Obligationes ad jus personarum non rectè  
referuntur.

I. Jus personarum status hominum est l. 5. § t. t. D. de statu  
homin. Status vero in capite consideratus, id est, libertate, civitate,

A

te,



te, & familia, t. t. *Inst. de capit. dimin.* ad quæ obligatio non pertinet; cum bona saltem creditoris augeat, debitoris minuat. *l. 49. ubi. Gedd. & l. 10. cum seqq. D. de Verb. signif. II.* Jus libertatis obligatione non minuitur *l. 2. q. 5. D. quar. rer. act. non detur. III. §. 10. Inst. de inntil. stipul.* ubi sunt obligationes ad hoc inventæ, ut quisque adquirat, quod sua interest. *Gedd. in proleg. Inst. præmiss. Erotem. Wolffij. Arum. exerc. 12. th. 3: Henon. disput. 13. thes. 1. Forster. disp. 2. th. 1. Dis. Vultejus ad pr. Inst. de obligat. & lib. 1. disp. c. 4. & 16. Anth. Mattheus ad pr. Inst. de rer. division.*

### III. Ut nec ad actiones.

I. Rebus enim annumerantur *pr. Inst. de reb. corpor. & in corporal. §. final. Inst. de usu & habitat.* Hoc modo & dominiorum tractatus huc pertineret; cum obligatio non sit mater omnium actionum, sed personalium tantum *l. licet. 42. §. e. 1. oblig. D. de procurat. Vultei. post Contium & alios ad dict. pr. de oblig. Arum. dict. exerc. 12. th. 2. Forster. disp. 16. th. 9. Dis. Dd. communiter ad pr. Inst. de obligat.*

### IV. Obligatio naturalis, primæva seu antidoralis, ad certum quid non obligat nec conditionem indebiti impedit.

I. Nititur enim solo æquitatis naturalis vinculo, quod nos ex naturali jure primævo levius arctat. II. quia nullius rei datio obligat eum, qui accepit, ubi id non agitur dando, ut obligetur. *l. non omnis D. si cert. petat.* id quod in donatione non fit. *l. 1. D. de donat. & Dd. in l. 5. D. iust. & Jur. Wesemb. in Paratit. l. D. de obligat. & Action. num 5. Duar. in Comm. D. eod. t. c. 2. Donell. lib. 12. Comm. c. 2. Pinell. ad l. 1. p. 3. n. 60. C. de bon. matern. Arum. exer. 12. thes. 5. Diff. Covarruv. c. cum officiis. 7. Extr. de Test. n. 28. Zasius lib. 1. sing. Respons. 3 num. 22. Hilliger. in not. ad Donell dict. loc. lit. O.*

### V. Prodigum non obligari, etiam naturaliter, (a) supra dictum: licet juramentum (b) accesserit.

(a) disp.



(a) *disp. 3. th. 18.* (b) Quia quod nullum est, juramento corroborari non potest. *l. 14. §. illo. 3. C. de non num. pecun.* Talis autem est contractus prodigi *l. 1. D. de curat furios. vel aliis dand. II.* Concedi non debet unâ viâ, quod alterâ prohibetur, *c. cum quid una de Regul. Jur. in 6. III.* Debet adesse iudicium in Juramento. *c. etsi Christus. Extr. de Jurejurand.* At prodigus furioso æquiparatur. *l. 40. D. de Regul. Jur. l. 12. D. de tut. & cutat. dat. ab his. Covarruv. in c. quamvis de pact. in 6 p. 2. §. 8 n. 8. Gomez lib. 2 Variar. Resolut. c. 14. n. 22. Fachineus, lib. 2. controuv. c. 64. Rober. disp. 5. thes. 3.*

## VI. Ante factam tamen interdictionem (a) Jure (b) obligatur.

(a) Non ipso jure, sed Magistratus decreto *disp. 3. thes. 17.* (b) *d. l. Julianus D. de curat furios. l. patri pro filio D. d. minor. 25. ann. II. c. veritatis. Extr. de dol. & contumac. ubi dicitur, Episcopum dilapidatorem, non esse privatum ipso jure administratione bonorum Ecclesiæ. III. Quia alias nullius foret usus interdictione. Dd. in l. 15. cui bonis. 6. D. de Verb. Oblig. ubi Zasius num. 16. Gomez. Variar. resolut. t. de contract. c. 14. n. 31. Henon. disp. 3. thes. 15. Diss. Fachin. lib. 2. controvers. c. 63. Additio Prodigio quomodo bonis interdicator vid. *disp. 3. th. 17. in additione.**

## VII. Ex contractu puro confestim agi potest, absq; ullo laxamento.

I. *§. 2. Inst. de Verb. Oblig. l. eum qui. 56. §. quia ita stipulat. l. 118. Deod. II.* Actio enim statim nata ex contractu est: licet humanitatis causa breve aliquod spatium debitori detur ad solvendum. *l. debitor. 21. D. de judic. l. quod dicimus 105. D. de solution. Donell. ad l. 41. §. 1 num. 3 & seqq. D. de Verb. Oblig. Bortholdt. eodem tract. c. 6. n. 12. Gedd. de contrab. & comm stipul. c. 9. n. 4. & ad l. 213. in pr n. 4. d. de Verb. Sign. Bronchorst. cent. 4 adsert. 49 Henon disp. 14. th. 4. Rober. disp. 15 th. 3. Diss. Schneidvvin. ad. d. §. 2. Inst. de Verb. Oblig. Wesemb. in π. D. eod. n. 12.*



VIII. Regulariter nemo alteri ex contractu (a)  
obligationem acquirit, ne quidem jure (b)  
Canonico.

(a) *l. stipulatio 38. §. alteri. l. 83. l. 126. §. Chryjogonus D. de Verb. oblig. §. alteri. Inst. de inutil. stipul. II. Contractus enim, propterea inventi, ut quisque sibi, qui sua interest, non alteri acquirat. d. l. 8. §. alteri d. §. alteri Inst. de inutil. stipul. Gedd. d. tract. c. 10. conclus. 3* (b) quia ejusmodi correctiones facile introducendæ non sunt textu deficiente. *c. 1. de novi oper. nunciat. Job. Fabr. ad d. §. alteri. Alciatus in d. lib. stipulatio. Fachineus lib. 3. contr. c. 16. Gedd. d. c. 10. n. 7. ubi Dissidentes refert.*

IX. Et ne conjuncto quidem, quicumque ille sit.

I. Regula enim generalis in *l. stipulatio ista §. alteri l. inter. 26. §. penult. D. de pactis dotat. l. si genero. 26. C. de jure dot. lib. pactum. 4. C. de pact. convent. Donell. ad d. l. 38. §. alteri §. lib. 12. comm. c. 17. §. 18. Ant. Faber. lib. 1. conject. c. 4. §. lib. 19. c. 17. Giph. ad l. 11. D. de oblig. §. action Gedd. de contrab. stipul. d. c. 10. num. 43. Diss. Cujac. tract. 6 ad Affricon. §. passim.*

X. Contractus de re turpi celebratus, ipso jure nullus est.

*L. 6. §. rei turpis 3. D. mandat. l. 35. §. 3. D. de contrab. emt. l. 1. §. plane 14. D. de tutel. §. ration. distrab & pænæ quoque turpis subjectio l. 61. l. generaliter 26. l. 134. D. de verb. oblig. l. 2. C. de inutil. stipul. Donell. lib. 12. comm. c. 21 §. ad d. l. 26. ubi Duarenus post Dd. commun. Roberus, disp. 15. th. 10. Diss. Cujac. ad d. l. 26. D. de Verb. Oblig. Adde Pacium cent. 7. q. 28.*

XI. Condicio contractus in arbitrium debitoris conferri non potest.

*l. stipul. 17. ubi Dd. l. à Titio 108. in f. D. de oblig. §. Action. II repugnat enim definitioni obligationis §. 1. Inst. de oblig. Non enim conveniunt necessitas & arbitriū l. 8. D. de obligat. §. Action. Zasius & Donell. in d. l. 17. Bronchorst cent. 4. adfert. 44. Hanon. disp. 14. th. 6. Gedd. d. tract. c. 4. conclus. 5. in fin. ubi Diss.*

XII. Se-



XII. Secus in extranei; quò casu redigitur ad arbitrium boni viri, etiam in stricti juris contractibus.

I. L. 30. D. de oper. libert. quia actum ita intelligitur. II. Arbitrium enim non meram voluntatem significat, sed æstimationem & sententiam cum iudicio conjunctam. Duaren. & Donell l. 43. n. 18. D. de Verb. Obligat. Gædd. d. tract. cap. 8. n. 171. Diss. Hotom. lib 5. obser. c. 21. Cujac. ad d. l. 43. D. de verb. oblig. Pacius cent. 5. enant. adf. 3.

XIII. Formatur contractus tam stricti juris quàm bonæ fidei pactis; modo in continenti adjiciantur.

I. L. 1. §. cum adjicitur l. in conventionalibus 52. D. de verb. oblig. II. l. 7. §. quin imò l. 4. §. f. D. de pactis l. petens C. eod. Pactum enim quod in continenti adjicitur, ita contractui inseritur, ut pars ipsius fiat. Et quamvis per se nullam obligationem pariat: tamen insitum in eum, ipsius actionem informat d. l. 4. §. fin. l. 40. D. si certum pet Hotom. Illust. quest. 36. & seqq. & lib. 1. Amicab. respons. c. 31. Philip. Matth. ad l. 27. D. de reg. Jur. Gædd. d. tract. c. 8. n. 37. Diss. Cujac lib. 10. obs. c. 24. Donell. ad l. in bonæ fidei D. de Pact. Etia. Borchol. de Pact. c. 6. n. 43. cum seqq. Bocerus ad l. 23. D. de reg. Jur. c. 5. n. 6.

XIV. Quilibet contractus, etiam conditionalis, tam ad hæredes, quam in eos transit.

I. § 4. Inst. de Verb. oblig. l. si quis 57. D. eod. l. necessario 18. §. quæd si pendente D. de peric. & commodo rei vend. II. Contraheñdo enim quisq; intelligitur prospicere heredi l. pactum 9. de probat. III. Quia etiam hujus generis contractus statim obligat & valet, ut inde recedi non possit, licet eventus & effectus, qui est extrâ rem, suspendatur d. l. 8. l. 1. Cod. eod. Gometz tom. 2. Var. Resol. c. 1. n. 6. Wesemb. ad tit. C. ut action. ab hered. & contra hered. n. 10. Gædd. d. tract. c. 9. n. 177. & seqq. Hanon. d. disput. 14. tb. 5. Diss. Canon. lib. 6. commen. c. 3. Actiac. lib. 1. disp. c. 13.



XV. *Conditionalis creditor, creditoris loco etiam æstimatur.*

I. *L. creditor. 10. cum seqq. l. condition. 54. D. de Verb. Sign. II. licet his non competat actio: cōpetitura tamen est, & spes est, ut competat §. 4. Inst. de verb. oblig. Dn. Gædd. ad d. l. 10. cum ll seqq. & d. l. 54. Bronchorst. cen. 4. adfert 50. Hanon. diēt. disp. th. 7.*

XVI. *Ex Contractu faciendi præcisè ad factum promissor non tenetur.*

I. *L. stipul. 72 §. Celsus D. de verb. oblig. l. quoti: 81. in pr. & §. 1. l. f. quis ab aliquo. n. §. 1. D. de re judic. II. Onerant hi contractus libertatem l. 1. D. de lib. exhib. qui cōtractus non valent l. 1. §. 5. quar. rer. actio non det. III. In dandi contractu nihil aliud est, quam ut res detur d. l. 11. §. 2. D. de action. emt. §. alia. Inst. de donat. Donell. ad d. l. 72. n. 26. Gomez. lib. 2. var. Resol. c. 10. Gædd. d. tract. c. 9. concl. 4. n. 21. & seqq. Forster. disp. 17. th. 6. Diss. Cujac. ad d. l. 72. corras. lib. 2. Miscell. cap. 7. Bronch. cen. 4. adfer. 41.*

XVII. *Contra in contractu tradendi, ut præstando interesse quis non liberetur.*

I. *d. l. 11. §. 2. D. de acti. emt. l. 6. C. de rescind. vend. II. quia nihil magis bonæ fidei congruit, quam id, quod inter contrahentes actum est, præstari l. cum venderem 21. D. locati. III. Ideoq; & veditor cogi potest, ut tradat aut mancipet l. si duo l. 46. l. 68. D. de cōtrah. emt. Ant. Fabr. lib. 6. cōject. c. 17. Corras. l. 2. Miscel. c. 3. Borch. ad §. alia Inst. de donat. Bronch. cen. 2. adf. 57. Rober. disp. 17. Arum. exer. 14. th. 2. Diss. Vand. lib. 1. q. 9. Donell. ad l. 72. D. de Verb. oblig. Fachin. lib. 2. contro. c. 30.*

XIX. *Dolus cum bonæ fidei contractui causam dat, reddit eum ipso jure nullum*

I. *L. & elegan 7. D. de dol. mal. l. in caus. 16 §. 1. D. de minor. l. 3. §. f. D. pro socio. ubi ratio additur à Paulo, quia fides bona cōtraria est dolo & fraudi. Est enim bona fides in his contractibus non solum ad junctum adhærens, sed & inhærens & quidē propriū, quod genus ad junctorū est essentielle & substāiale: ut qui illud tollit, rei tollat naturā. l. 57. in f. D. de cōtrah. emt. Donell. & Duar. ad l. 36. D. de Verb. Oblig. ibiq; Cujac. & in not. Mercator ad animad-*



*animadvers Robert. c. 1. Gædd. d. tract. c. 3. n. 114. & seqq. Bocer. ad l. 23. D. de reg. Jur. c. 2. n. 5. Diss. Robert. l. 3. animad. c. 1. & seqq. & lib. 3. not. ad Notat. Mercat. c. 1. Corras. lib. 2. Misc. c. 8.*

**XIX. Metus & vis quoq; similiter:**

I. *L. si mulier. 21. § si dos metu. D. quod met. caus. l. 1. C. de rescind. vendit.* II. Nihil enim consensui tam contrarium est, quã vis atq; metus *l. nihil. 116. in pr. D. de Reg. Jur.* III Metum inferēs, dolo quoq; facit, *l. 14. §. 13. D. quod met. caus. Donell. lib. 12. comm. 7. Cujac. ad l. 21. §. 3. D. quod met. caus. Gædd. de contrab. stipul. c. 3. n. 16. Diss. post Bart. & Bald. in d. l. si mulier 21. §. si dos: Robert. dict. lib. 3. animadv. c. 3.*

**XX. In corpore si erratum sit, vel disenserint contra-  
hentes idem juris erit.**

I. *L. inter stipul. 83. §. 1. l. continuus §. 1. ubi Alciat. D. de Verb. Obl. in l. omnibus. 57. D. de oblig. & action.* II. quia forma existere non potest nisi in sua materiã *Donell. ad d. l. inter 83. §. 1. n. 5. Gædd. dict. tract. c. 3. n. 12. cum seqq. concl. 3.*

**XXI. An idem obtineat, si in materiã erratum sit, quæ-  
ritur.**

Distingvimus. Nam aut de emptione quæstio est, & non valet. *l. in vendit. 9. D. contrab. emt. cum ll. seqq. vel de stipulatione & pigno-  
re, & tunc valet l. si id quod 22. D. de Verb. Oblig. l. 1. D. de pignor. act.* Ratio petenda ex naturã, sine & usu contractuũ, quæ in emtione est, ut pretium sit æquivalens corpori, quod venditur. *§. 1. & 2. In st. d. emt. l. pretia D. ad L. Falcid.* In stipulatione verò sufficit intervenire, quod expressum est *l. quicquid 99. D. de Verb. oblig. Borchold. de Verb. Oblig. c. 5. n. 47. Bronch. cen. 2. asser. 53. Gædd. d. c. 3. conclus. 4 n. 46. Henon. disp. 16. th. 13.*

**XXII. Æstimatio rei, debitoris culpa peremptæ aut dete-  
rioratæ, quo tempore spectetur?**

Putarem tam in stricti juris, quam bonæ fidei Judiciis, à tẽ-  
pore moræ usq; ad tẽpus condemnationis rationem habendam esse: Ratio ne mora cuiq; sua profit *l. hominem. D. mandati. A-  
rum. in tract. de mora c. 8. n. 5. vid. Bronch. cen. 2. ad ser. 19.*

**XXIII. In-**



**XXIII. In contractu ambiguo adversus quem facienda est interpretatio?**

Contra eum, qui legem apertius dicere potuit contractui, *l. cum queritur. D. de reb. dubiis l. in contrahenda 172. D. de Reg. Jur. ut venditorem, l. f. C. de pact. inter emt. & vendit. l. leg. C. de donat. l. stipulat. 38. §. in stipul. D. de verb. oblig. Pet. Faber. ad d. l. 172. D. d. Reg. Jur. Hottom, lib. 2. Amic. Resp. c. 10. & lib. 23. obs. c. 31. adde Schneid. in Inst. de oblig. c. de pactis n. 21.*

**XXIV. A Contractu perfecto, invito adversario, non licet recedere,**

*I. L. sicut 5. C. de oblig. & acti.* Sicut enim ad contrahendam obligationem exigitur utriusque voluntas: ita semel constitutæ obligationi unus, invito alteri non potest renunciare. *II. argum. l. nihil tam naturale 35. D. de Reg. Jur. ubi Philip. Matth. Donell. lib. 16. comm. c. 23. & seqq.*

F I N I S.





ULB Halle 3  
003 499 650




sl

VDA7











A.  
ATIONVM  
KREMBERGS

Æ.  
4

DECIMA

1653

ONIBUS  
E

nificâ & No-  
dica in Illustri  
ergensi

ICHORIO  
Præceptore suo

o.  
sitioni subjicit  
NTINUS Gorge

us.  
mb:  
svetis.

Æ  
l Acad. Typogr.  
LIII.